RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias Quas ... Viro Dn. Johanni Scharffenbergio, Civi huius urbis primario, Marito suo Charissimo Vidua moestißima parat, Cives suos ... vocat

Rostochi[i]: Kilius, 1638

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743203X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Rhane, H.,

in

Joh. Scharffenberg.

Rost. 1638.

48.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743203X/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743203X/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743203X/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743203X/phys_0004
DFG

73.
424

RECTOR
Univerſitatis Roſtochienſis,
HENRICUS RHANE,
J. U. D. & Profeſſ. P.

AD EXEQUIAS

Quas

Spectatiſsimo & Humaniſsimo Viro

DN. JOHANNI
SCHARFFENBERGIO,

Civi hujus urbis primario, Marito
ſuo chariſſimo,

Vidua mœſtiſsima parat.

Cives ſuos in ædem D. Mariæ ad horam dimidiam ſecundam, ſerio & diligenter vocat.

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. RITTER U. LANDSCHAFT.

ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typ.
M DC XXXIIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743203X/phys_0005
DFG

NOndum vero ſatiata eſt ſanguine ac familia SCHARFFENBERGIORUM clariſſima, nōdum cepit faſtidium atrociſſima mors, ſed in furoris ſui continentiſſima rapit ſternitq́ʒ, quicquid proximum in iſta domo, quicquid præcipuum atq́ʒ ad tuendam magni parentis nomen & decora natum eſt. Quantum ſævitiæ incaleſcat deinceps, & qua immanitate per hanc urbem graſſetur, non tàm proletariis funeribus, quam gentilitiis manifeſtum eſt. Ordinem enim ſeriemq́ʒ facere iſtud exitium meditatur, incipitq́ʒ familias ſectari, & non tàm domorum vicinia quam ſanguinis delectari. Id conſilium non ita pridem in mediocribus obſervavimus, cum ad duodecim unius propaginis capita inter paucas admodum ſeptimanas tranſitum fuerat. Et nova quidem genera ſubinde quærit ac ſollicitat, initiis ſeſe ad graviora tela parans. In iis autem, quibus non-

nihil aſſuevit, præcipuis ſcilicet, ſævo prorſus læta negotio eſt. Nobiliſſimorum quidem exulū profugio delectata primum, ut minimum ſeſe auffugiſſe jam credant; rapta autem deinde in ſuſceptores, & per urbem, veluti aliqua decimatione, pœnalis, ordines cunctos afflixit. In quibus ne facile cuiquā parcat, ex inſperato carpit omnia. Tranſiliendo in familias, excepto ætatis ac patritiorum flore, poſt quam brevis ratio ſubducitur, eam vaſtitatem fecit quæ magno cum Reipublicæ malo conjuncta eſt. Firmi quiq; & robuſti viri, in tutelam patriæ nati petuntur maxime. Nervus ille civitatis laxatur & molleſcit, ut adverſus vim atq; injurias parum deinceps virium oppoſituri ſimus. Vallum, muri, turres, & quicquid munimenti eſt, alienum militem timere ſuos deſiderare incipiunt. A quibus ſi iſte ſtrepitus, iſta laſcivia, iſta impia ſæpe ferocitas procul abeſt, non abeſt connata fides, non amor patriæ, non ſuorum tutela. Quibus rebus exiſtimo tantum imperari cuiq; virtutis, quantum pro ſociis oſtendit olim Saguntina fames. Patritiorum autem ſicuti nativa dignitas eſt, ita poſtquam coaluerint cum novis civibus, aut æqualibus ſuis accreverint tanto arctius cohærent glutinantq; civitatis robur. Patria ſeſe, quæ commune ſtrictumq; vinculum eſt, per pri-

mam

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743203X/phys_0008
DFG

mam vitæ conſuetudinem, amicitiâ deinde ac paritate nectentes, in extremum vitæ halitum, & ad quasvis tum ſuas tam Reipublicæ adverſitates aut ferendas ex æquo aut propellendas. Hic eſt murus iſte, quem Lycurgus volebat, cum mœnibus Spartam cingere legislator vetaret. Siquidem mutuo civium nexu patriaq; conſuetudine communis muniri rectius putabat urbes, virtutiq; potius fidendum eſſe & viris civium, quam præſidiis quibusdam ac mercedibus, aut lateribus atq; foſſis. Maximum ſui præſidium ipſam futuram ratus quamq; patriam, ibiq; muros fore, ubi muri non eſſent. Hoc ergo eſt, cujus cauſa dolemus tot firmos bonosq; cives, tot robuſta corpora, tot fortes atq; invictos animos, quodq; in SCHARFFENBERGIORUM patritia ac Conſulari familia hoc magis lugere debemus, quia iterum atq; iterum lugemus. Quamdiu eſt, cum efferremus ad plures ſpectatiſſimum Virum Dn. BERNHARDUM? Et quam deſpectum illud ac leve vulnus morti viſum eſt, cui per alterum fratrem ſimilis luculentiſſima plaga addenda fuit! JOHANNEM, inter familiæ fulcra, minimo natu, Doctiſſimum ſpectatiſſimumq; & ſtatæ Virum ætatis, prorſus paullo poſt atq; ad terram dari neceſſe erat. Ne ſcilicet una calamitate

426

infeſtaretur Vir Magnificus & Conſultiſsimus Dn. NICOLAUS, J. U. D. patriæ ſuæ, quod inprimis glorioſum eſt, chariſsimus, gravitate autem animiq; præſentia ſpectatus Conſul. Qui quidem, Atlas generis ſui, impeti primo cœpit, cum alteram animæ ſuæ partem amitteret, conjugem florentiſsimam. Repetitus autem in tot conflictus; excepit hactenus fortiterq; ſuſtinet mala ſua, iſtasq; pet tiones familiæ ſuæ ac cædes. Sentit a. debilitari ſe maxime, dum nec veterum oblivione refocillari, nec reſumendi Spiritus copiam ad nova toleranda impetrare poteſt. Ita circumſtat obſidetq; undiq; domum ſuam fortuna, & quoquò ſe vertit, timere habet, Prohibeat tamen cœleſte Numen, ut ultra quicquam pati debeat. Nihil enim tam infeſtum perſonæ fuerit, quod in Rempubl. ſimul non expetat. Et credo ſatis immiſſum calamitatis eſſe, ut tentari amplius iſtam Viri patientiam atq; pietatem non oporteat. Qui ſat graviter portat crucem Salvatoris ſui, cujus ſignum in baptiſmate accepit; & ab hoc argumento, divini illius paterniq; affectus certior plus quàm prolixe factus eſt. Ipſo hoc Fratris recenti in funere, quantum rurſus affligatur, vix credibile eſt. Erat enim JOHANNES ille ab ultima pueritia ſibi præcipuè cordi, quia & amœnior in-

doles

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743203X/phys_0010
DFG

doles, & quod fratum minimus erat, propenſiora omnia faciebant. Sales in eo jam tum, cum futura de ſe promitteret, & non inconditi, & ſponte nati. Excitata autem ingenii vis ac præſens animus. Quapropter à parentibus quoq; impenſè ac tenerrimè diligi, iisq; admoveri ſtudiis, quæ non moroſam torvamq; frontem ſed exporrectā deſiderant. Literarum enim cultus non in quamcunq; indolem cadit, ſed futuris moribus ſeſe quāprimum approbat, eosq; & amat & promovet. Ergo noſter ab ineunte pueritia Muſarum initiari ſacris ac poſtea in Academias dimitti. Quarum Lipſiam adiit omnium primam. Quo loco annum in literis faciens, ad fortiſsimos Belgas deflexit, iſtaq; civitate peragrata, tandem Lugduni celeberrima totius Europæ Academia ſubſtitit. Et quia tàm prope eſſet, Britaniam luſtrare cepit, poſtea, curriculi iſtius finem, patriam appetere. Fuit autem illa domum reditio ſtatim conjugio benigna, quod iniit cum pudiciſsima fœmina ANNA MASEN, civis quondam primarij, PETRI WELLEN, relicta vidua. Quacum filiolam ſucepit AGNETAM, adhuc ſuperſtitem. Viduus deinde factus, poſt trienniū delegit in cōjugium honeſtiſsimam fœminā ANNAM SASSIAM, ſpectatiſsimo Viro Dn. BALTHASA-

RI

RI Hahnen/ Primario apud nos Civi quondam nuptam, cumq; iſta conjunctiſsime per ipſos novem annos, quod ſupererat vitæ, tranſmiſit. Donec tandem XII. hujus menſis, communi malo correptus animam ſuam Chriſto Servatori fideliter cõmiſit. Quid opus eſt parentes, Majoresq; citare, quas tota urbe novimus, & jam ante in fratris funere laudavimus? An Parentem BERNHARDUM COS. an MARGARETHAM BESELINS matrem, an Avos Aviasq; ignorare poſſumus? An Soror URSULA, iſtius CL. THOMÆ LINDEMANNI, J.U.D. uxor ignota cuiquam eſt, quæ per mariti capitale ingenium, & cui ægrius non ſit, quam quod ipſi invidetur noviſsime & per filios clariſsimos, recens eſt? Iſta omnes ſcitis. Agite Cives Academiæ, ornate exequias comitatu veſtro, familiæq; funeſtæ præſentes aliquod afferte doloris remedium. B.V.P.P. 15. Julij A.C. 1638.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743203X/phys_0012

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743203X/phys_0013

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743203X/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743203X/phys_0015
DFG

Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77743203X/phys_0016

DFG

mam vitæ conſuetudinem, amicit [illegible] s pa-
ritate nectentes, in extremum vitæ [illegible] &
ad quasvis tum ſuas tam Reipubl [illegible] ſita-
tes aut ferendas ex æquo aut prope [illegible] Hic
eſt murus iſte, quem Lycurgus vol [illegible] mœ-
nibus Spartam cingere legislator v [illegible] qui-
dem mutuo civium nexu patriæq; [illegible] ne
communis muniri rectius putabat [illegible] utiq;
potius fidendum eſſe & viris civi [illegible] præ-
ſidiis quibusdam ac mercedibus, a [illegible] atq;
foſſis. Maximum ſui præſidium [illegible] ram
ratus quamq; patriam, ibiq; muro [illegible] nuri
non eſſent. Hoc ergo eſt, cujus [illegible] mus
tot firmos bonosq; cives, tot robuſte [illegible] tot
fortes atq; invictos animos, quodq [illegible] RF-
FENBERGIORUM patritia a [illegible] fa-
milia hoc magis lugere debemus, q [illegible] atq;
iterum lugemus. Quamdiu eſt, [illegible] mus
ad plures ſpectatiſſimum Virum [illegible] N-
HARDUM? Et quam deſp [illegible] ac
leve vulnus morti viſum eſt, cui p [illegible] fra-
trem ſimilis luculentiſſima plaga [illegible] it!
JOHANNEM, inter familiæ [illegible] imo
natu, Doctiſſimum ſpectatiſſimum [illegible] Vi-
rum ætatis, prorſus paullo poſt ate [illegible] m
dari neceſſe erat. Ne ſcilicet un [illegible] te

 in-